In nomine domini Amen. Humanis rebus quantumcumque publice vel sollempniter actis tempus vetustas
oblivionis caligine frequenter noverunt nisi ascripto testium et testimonio litterarum sufficienti perhenne recipiant tutamentum.
Proinde notum sit universis presentibus et futuris presentem paginam inspecturis quod nos Hedwygis dei gracia ducissa Cracovie
Sandomirie, Lancicie, Syradie et Cuyavie. Obsequiorum merita plurimorum quibus viri discreti et fideles cives nostri
Sandecenses necessitate urgente nobis placere et grati esse studuerunt cum cives civitatis Cracovie a consorte meo domino et
a nobis prius ex nimis per infidelitatem recesserunt. Alium dum nos in subversionem et eliminacionem de dominio meo jam
perditis industrie laborantes ad omnes partes civium. Ex prehabiti cives Sandecenses volentes consentire tradicionibus
eorum, tamquam viri veraces et constantes nobis adherentes in fide qua nobis tenebantur inviolabiliter perstiterunt [illegible]
Ex causa benignitate prout dignitati nostre convenit diligencius intuentes fidelia sincera et continua ipsorum et eorum posteris [illegible]
damus et titulo perpetue donacionis confirmamus liberam et omnimodam facultatem absque omni genere solucionis theolonei
per dominium nostrum Sandomiriense ubicumque locorum quod ad nos pertinet transeundi cum curribus qualibuscumque [illegible]
dictis equitantibus et pedestris ambulantibus atque navigio per aquam transeuntibus cum mercibus inportantium [illegible]
te. Excepto dumtaxat quod alia theolonia que ad nos non pertinent solvere tenebuntur secundum [illegible] antiquam
observanciam. In cuius rei testimonium evidenciam clariorem atque perpetue stabilitatis firmitatem presentem paginam conscribi
fecimus ac nostri sigilli munimine communiri. Actum in castro Cracovie ab anno domini incarnacionis M° CC° [illegible] x kl.
Marcii coram hiis testibus quorum ista sunt nomina comes Albertus palatinus Sandomiriensis [illegible] Jaroslaus
Cancellarius Cracovie comes Pirudocha castellanus Sandomiriensis comes Thomislaus venator Cracoviensis
comes Nawoynus subcamerarius Sandomiriensis et Paschko scriptor domine ducisse qui hoc privilegium
compilavit et scripsit. Datum autem est presentibus eiusdem nonis Marcii.

Hedwigis R. dux Sandomired
pro sua persona in speciem

1312

H

No LX

1896. IV. 59.

5